HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. AUGUSTINUS
12. bis 13. Jh. Seite 159v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift



manauit · quia dulcis doctrina in eo semper exubauit
Post hec uero apostolo romano regno cum de decore propul
satur · et filius delitescens a lupis deuoratur · Sic isti
triumphatores sanguine suo celestia mercantur · qui ho
die laureati in angelica curia exaltantur · Et quia iam
in gaudio messuerunt · quod in lacrimis seminauerunt · illorum
exempla sequentes · illorum doctrine in omnibus obedi
entes · ab illo qui est gloriosus et mirabilis in sanctis suis ·
petamus · ut per illorum merita celestia gaudia obtineamus ·
Quod xpc Sermo in translatione sancti benedicti abbatis ·
Iustus germinabit Capitulum xliiii · iii ·
Sicut lilium · et floreb in eternum ante dominum Lilium
exterius albescit · interius aureo colore fulgescit ·
suaui odore grauescit · Sic iste pater sanctissimus nomine
et actione benedictus · cuius hodie uotiua sollempnia
colimus · exterius erat albescens candore castitatis ·
interius fulgescens aureo colore caritatis · omni
uirtute spirans · odore suauitatis · Ideo ante dominum
in eterna gloria fulgebit · et cum angelis in gaudio perhennitur
gaudebit · Hic multis signis patratis · dum ad mon
tem cassinum uenisset et fratribus illic habitacula construere
cepisset · apparuit ei horribili facie diabolus ·
ubi iacuit in oratione prostratus · eum pocius maledictum ·